


ā;

noxiiis,

piā,

plaufu,

invitat.



*EXCELLENTISS.*

DN. Jur. Feud, Profess.

*EXPERIENT.*

DN. Profess. Celeberr.



CXV.



Interrogatus olim *Socrates*,  
 An Perlarum Regem æstimaret felicem?  
 Nescio, inquit, quantum *Virtute* valeat & *Doctrinâ*;  
 Veræ sic Felicitatis gloriam  
 Non in Dignitatum hujus Mundi splendore vano,  
 Non in Divitiis amplis, aut Palatis magnificis ruinæ obnoxiiis,  
 Non in Corporis robore & venustate caducâ,  
 Non denique in Amicorum promptè mutabilium copiâ,  
 Sed in eo duntaxat, quod nec dari potest, nec abripi,  
 Splendide nimirum *Virtutis*, atque pulcherrimarum *Scientiarum*  
 Possessione quærendam arbitratos.

Quod cum animo considerâsse ferio  
 VIR NOBILISSIMUS ET CLARISSIMUS

**DN. PAULUS GODOFREDUS SIEVERT,**  
 MAGDEBURGENSIS,

Ab incunte itatim Pietatis, Virtutis,  
 Atque præstantissimarum Literarum studium amplexus est,  
 Inque illo magnâ ingenii perspicacitate. excellentique judicii acumine,  
 Non sine adhibita diligentia incomparabili,  
 Per celeberrimas *Germanie, Angliæ, Belgii & Galliæ Academiis*,  
 Tantam in omnigenâ Sapientiâ,  
 Præcipuè verò in *Arte* nostrâ *Aclepiadæ* experientiam & eruditionem,  
 Pari vitæ morumque probitate conjunctam, sibi comparavit,  
 Ut post exantlatos immensos, sed nunquam poenitendos labores,  
 Editaque tam privata quàm publica rarioris doctrinæ Specimina,  
*Gratiosus Medicorum Basiliensium Ordo*  
 Magno consensu & applausu dignum Eum judicaverit,  
 Cui *supremi in Arte Medicâ Honores Doctores*,  
 Cum omnibus *Privilegiis, Immunitatibus, Prærogatiis & Exemptionibus*  
 Ioleni ritu conferantur.  
 Decretum hoc Ordinis

Sub **ARCHIATRI COELESTIS** Auspiciis,  
*Auctoritate Principali,*

Ad D. VIII. Januar. quæ Candidato natalis est, Anni MDCXCV.  
 Postquam de *Machinâ Animalis sui ipsius Conservatore, Medico, & Destruçtore* peroraverit,  
 consueto more executurus  
*Brabantia ritè lectus*

**THEODORUS ZUINGERUS,**  
 Medic. Pra&. Prof. Ordinis Senior, & Reipub. Arch.

Omnes Rei Academicæ  
 Patronos, Fautores, & Asseslas,  
 Ut Actum hunc Inauguralem suâ præsentia, præsidio, applausu,  
 Et testimonio haud gravatim illustrare dignentur,  
 Quâ decet observantia, quoque potest opere,  
 Sub mutuorum officiorum pollicitatione rogat, obsecrat, invitat.

RECTORE ACADEM. MAGNIF. VIRO AMPLISS. ET EXCELLENTISS.  
 DN. D. JOH. JACOBO BATTIERIO, Cod. Just. & Jur. Feud. Profess.  
 atque Reipubl. Syndico longè meritissimo.

DECANO FACULT. MED. SPECTAB. VIRO EXCELL. ET EXPERIENT.  
 DN. D. EMANUELE KOENIG, Medic. Theor. Profess. Celebrerr.

BASILEÆ, Typis Frid. Lüdii, Academ. Typogr. ANNO MDCXCV.





ULB Halle


3

001 966 979



sb









Inches	Centimetres	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2.54									
2	5.08									
3	7.62									
4	10.16									
5	12.70									
6	15.24									
7	17.78									
8	20.32									
9	22.86									
10	25.40									
11	27.94									
12	30.48									
13	33.02									
14	35.56									
15	38.10									
16	40.64									
17	43.18									
18	45.72									
19	48.26									
20	50.80									

B.I.G.

Farbkarte #13



VTISS.

d, Profess.

ENT.

Celeberr.

6

218

